



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

273. De reversione Christi ad discipulos dormientes.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

38. Orate, ne intretis in tentationem. *Luc.*
22. v. 40.

MEDITATIO CCLXXII.

De oratione Christi in horto.

I. **I**esus avulsus est ab eis, quantum jactus
est lapidis, & positus genibus, orabat,
Luc. 22. v. 41. Procidit super terram, & o-
rabat. *Marc. 14. v. 35.* Procidit in faciem
suam, orans, *Matth. 26. v. 39.* ut, si fieri
posset, transfret ab eo hora. *Marc. 14. v. 35.*

II Et dixit: Abba, Pater, omnia tibi
possibilia sunt, transfer calicem hunc à me.
Marc. 14. v. 36. Pater mi, si possibile est,
transeat à me calix iste. *Matth. 26. vers. 39.*
Pater, si vis, transfer calicem istum à me.
Luc. 22. v. 42.

III, Sed non quod ego volo, sed quod tu.
Marc. 14. v. 36. Verumtamen non sicut
ego volo, sed sicut tu. *Matth. 26. v. 39.* Ve-
rumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.
Luc. 22. v. 42.

MEDITATIO CCLXXIII.

*De reversione Christi ad disci-
pulos dormientes.*

I. **I**esus venit ad discipulos suos, & invenit
eos

eos dormientes. *Matth. 26. v. 40.* Et ait Petro: Simon, dormis? non potuisti unâ horâ vigilare? *Marc. 14. v. 37.* Et dicit Petro: Sic? non potuistis unâ horâ vigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. *Matth. 26. v. 40. & 41. Marc. 14. v. 38.*

II. IESUS iterum secundò abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. *Matth. 26. v. 42.*

III. Et reversus, denuò invenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum gravati) & ignorabant, quid responderent ei. *Marc. 14. v. 40.* Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio, eundem sermonem dicens. *Matth. 26. v. 44.*

MEDITATIO CCLXXIV.

De tertia Christi oratione, & sudore sanguineo.

I. IESUS factus in agonia, prolixius orabat. *Luc. 22. v. 43.*

II. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. *Luc. 22. vers. 44.*

III. Ap-